BEDA VENERABILIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



220

proferunt erroris. Non enim ut absconderent impietatem suam sed prosumma pertinacia proferunt in lucem et iactantia sermonis ostentant. Nulla porro falsa doctrina est quae non aliqua vera intermisceat. vera quoque falsis mordunt permixta in una disputatione vel narratione hominis tamquam muniis corporis colore apparentia significant lepram tamquam veris falsisque volens locis humana corpora variante atque maculante. Hi autem tam vitandi sunt ecclesiae ut si fieri potest longius remoti magno clamore expulsi interpellent. Unde et apte subiungitur: Qui steterunt longe et levaverunt voces dicentes. Iesu praeceptor miserere nostri et bene ut saluentur. Iesum praeceptorem nominant quia enim in eius verbis se errasse significant. hunc saluandi humiliter praeceptorem invocant. Cumque ad cognitionem praeceptoris redeunt. mox ad formam salutis recurrunt. Nam sequitur: Quos ut vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt. Et illum dns eos quibus hec corporalia
3 beneficia pistice inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. quia videlicet sacerdotium iudaicum figura erat futuri sacerdotii regalis quod est in ecclesia. quo consecrantur omnes penitentes ad corpus xpi summi et veri principis sacerdotum. Et quisquis ab heretica pravitate vel superstitione gentilis vel iudaica perfidia vel etiam scismate fraterno quasi vario colore p xpi gratiam caruerit. necesse est ad ecclesiam veniat coloremque fidei veri quem accepit ostendat. Cetera vero omnia tamquam vaitudines quasi membra anime atque sensiui ipse ipsum interius in conscientia sua et intellectu dns sanat et corrigit. Denique et paulus voce dni audita quid me persequeris. Et ego sum ihc quem tu persequeris. ad ananiam tamen missus est ut illo sacerdotio quod in ecclesia constituti est sacramentum doctrine fidei perpetrat. et verus eius ad probaretur color. non quia non potest ipse ipsum dns omnia facere. Nam quis alius hec fecit etiam in ecclesia. sed ut ipsa societas congregatae fidelium approbando imitari atque communicando vere fidei doctrinam nominibus quae dicuntur verbis. Vel signantur sacramentis tamquam una specie veri coloris obducat. Cornelius etiam cum elemosine eius accepit et preces eius audite. illi ab angelo nuntiatur. propter doctrine tam sacramentique quae unitate ad petrum iubet mittere. tamquam illi et sibi diceretur. Ite ostendite vos sacerdotibus. Nam et cum irent
4 mundati sunt. Iam enim ad eos venerat petrus. sed tamen ipsi non dum acce[illegible] pro baptismatis sacramento non dum spiritaliter ad sacerdotes pervenerant. et tamen [illegible] in fusione spiritus sancti et ammiratione linguarum eorum mundatio delatata est. Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est. regressus est cum magna voce magnificans dm. Et cecidit in faciem suam ante pedes eius. gratias agens. Unus iste qui magnificans
5 6 dm regressus est unus ecclesie de nouem xpo humilitate significat. Qui bene cadens ante pedes dni gratias egit. Ille enim vere dno gratias agit qui repulsis presumptionis suae cogitationibus quam in semetipso infirmus sit humiliter videt. qui nihil sibi deputatibus tribuit. qui bona quae agit ea de misericordia conditoris agnoscit. Unde et recte